



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Qvomodo Demosthenem Cicero fuerit imitatus. Capvt XVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

QUOMODO DEMOSTHENEM

Cicero fuerit imitatus.

CAPVT XVII.

DEMOSTHENES.

Demoſth. exordium orat. de corona. Demoſth. et Ciceronis exordia à precatio.

Πρῶτον μὲν ἄνδρες Ἀθηναῖοι θεοῖς εὖ-
χομαι πάσι καὶ πάσαις, ὅσην εὐνοίαν ἔ-
χων ἐγὼ διατελώ τῆτε πόλει, καὶ πάσιν ὑμῖν,
τοσαύτῃ ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν εἰς τὰ τὸν
τ' ἀγῶνα. ἔπειτα ὅπως ἔστι μαλιστ' ὑπὲρ ὑ-
μῶν, καὶ τ' ὑμετέρας εὐσεβείας, καὶ τ' ὁδοῦ, τὸ
παρὰ ἡμῶν τοῦ θεοῦ ὑμῖν μὴ τ' ἀντίδικον
σύμβουλον ποιήσασθαι, περὶ τῶν πᾶσι ἀκέραιον ὑ-
μῶν ἐμῶν δέ.

Primum Deos, & Deas precor Athenienses,
vt quantam ego beneuolentiam erga Rempub.
& vos vniuersos constanter habeo, tanta à vo-
bis in hoc iudicio mihi tribuatur. Deinde, vt
Dij, id quod maximè vos, vestramque religio-
nem, & gloriam tuebitur, in eam vos sententi-
am adducant, ne aduersarium quomodo sim
audiendus, in consilium adhibeatis.

CICERO.

Quod precatus sum à Dijs immortalibus,
Iudices, more, institutoque maiorum, illo die,
quo auspicio comitijs centuriatis L. Muræ-
nam Consulem renuntiaui, vt ea res mihi, ma-
gistratuique meo, populo, plebique Romanæ
benè, atque feliciter eueniret: Eadem precor ab
ijsdem Dijs immortalibus ob eiusdem hominis
consulatum, vnà cum salute obtinendum, vt
vestræ mentes, atque sententiæ, cum populi Ro-
mani voluntate, suffragijsque consentiant, eaq;
res vobis, populoque Romano, pacem, tran-
quillitatem, otium, concordiamque afferat.

Vterque orditur à precatio. Demosthenes
duo postulat: beneuolentiam erga se sciuitatis
tantam, quantam habet in vniuersum populū.
Deinde vt mentes Atheniensium, & in suam
causam, & in populi gloriam inclinent. Non
omnia vno exordio consequutus est Tullius,
ne imitatio nimis est manifesta. Alterum ad-
dām exordium, vt quomodo vtrunq; fuerit i-
mitatus ostendam. Idem ad Quirites post re-
ditum sic incipit.

Cicero pro
mutana.

Quod precatus à Ioue optimo maximo, ce-
terisque Dijs immortalibus sum Quirites eo
tempore, cum me, fortunæque meas, pro vestra

incolumitate, otio, concordiaque deuoui, vt si
meas rationes vnquam vestræ salutis anteposu-
issem, sempiternam poenam sustinerem, mea
voluntate susceptam. Sin & ea, quæ antè gesse-
ram, conseruandæ ciuitatis causa gessissem, &
illam miseram protectionem vestræ salutis
gratia suscepissem, vt quod odium scelerati ho-
mines, & audaces in Rempub. & in omnes bo-
nos conceptum, iam diu continerent, id in me
vnum potius, quàm in optimum quemque, &
in vniuersam Rempub. deflecterent. Hoc si ani-
mo in vos, liberosque vestros fuisset, vt ali-
quando vos, Patresque Conscriptos, Italiamq;
vniuersam memoria mei, misericordia, deside-
riumque teneret.

DEMOSTHENES.

Θεοῖς εὖχομαι πάσι, καὶ πάσαις.

hoc siccum.

At Cicero illam precatioem magnificam red-
dit ex adiunctis, non modò precatur nunc, sed
antea precatus est More institutoque Maiorum,
& hoc plus habet authoritatis ( illo die, quo
auspicio comitijs centuriatis L. Murænam
Consulem renuntiaui, ) hoc religionis fuit &
felicis.

Comparat.
sur exordia
Demosth. &
Ciceroni.

Demosthenes ὅσην εὐνοίαν ἔχων διατελώ
τῆτε πόλει καὶ πάσιν ὑμῖν hoc mediocri stylo
per textum.

CICERO.

Longe magnificentius suam illam beneu-
olentiam profusam ostendit, vt totus in affectū,
& amorem transiisse videatur, non modò e-
nim (Fortunas pro Reipub, incolumitate, otio,
concordiaque deuouit,) sed quod amantius est
optauit, (vt si suas rationes publicæ salutis ante-
posuisset, sempiternam poenam sustineret.)
Non hæc simplex Demosthenis beneuolentia,
sed amor ardentissimus.

Demosthenes τοσαύτῃ ὑπάρξαι μοι παρ'
ὑμῶν. Cicero non tantum beneuolentiam pe-
tit, sed quod exulem, & calamitosum decuerat
memoriam, misericordiam, desiderium.

Et Demosthenes, ἔπειτα ὅπως ἔστι μάλιστα
ὑπὲρ ὑμῶν τ' ὑμετέρας εὐσεβείας, καὶ τ' ὁδοῦ ἔ-
το παρὰ ἡμῶν τοῦ θεοῦ ὑμῖν.

Altera petitio, in quo vterque postulat iu-
dicum mentes inclinare in ciuitatis gloriam,
& fauorem suæ causæ.

Cicero hæc longè disertius. Vt vestra men-
tes, atque sententiæ cum P. R. voluntate, suf-
fragijs

fragijs conferant, eaque res vobis, populoque Romano pacem, tranquillitatem, otium, concordiamque afferat. Nihil oriosè dictum. *Mentes* in cognoscendo, *sententia* in decernendo, Deinde optat *pacem* sine hoste, *tranquillitatem* sine turba, & seditione. *Otium* sine molestia, & negotio. *Concordiam* sine ullo dissidio. Et hæc omnia commemoravit *non τὴν δόξαν*, quia in eo erat Respub. statum ob Catilinæ coniurationem, vt magis de salute, quam de gloria cogitaret. Ad summum quod ille dixit *τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας* religionis mentione faciens, & pietatis. Quanto hic illustrius. (Quod si illa solennis comitiorum precatio consularibus auspicijs consecrata, tantam habet in se vim, & religionem, quantam Reipub dignitas postulat.) Deinde quomodo in animos blande, grauique simul influit. (Quæ cum ita sint iudices, & cum omnis Deorum immortalium potestas, aut translata sit ad vos, aut certè communicata vobiscum. Idem Consul cum vestrae fidei commendat.)

Alius est in Philippicis locus, vbi vterque populum ad hæreditatem gloriae à maioribus relictam hortatur.

DEMOSTHENES.

*Ὑμῖν οἱ πρόγονοι τὸ τοῦ γέρας ἐτήσαντο, καὶ χεῖρα ἐπέωσαν μὲν ἀπολλῶν, καὶ καλῶν, καὶ μετὰ τῶν κινδύνων.*

Hæc inchoata, apud Cicronem perfecta. (Mortem quidē omnibus natura proposuit. Crudelitate mortis, & dedecus, virtus propulsare solet, quæ propria est Romani generis, & seminis, hanc retinere quaeso, Quirites, quam vobis tanquam hæreditatem, maiores vestri reliquerunt.) Hæc grauias, & supra Demosthenis locum sententiosa, addit,

(Quamquam alia omnia incerta sunt, caduca, mobilia. Virtus est vna altissimis defixa radicibus, quæ nunquam vlla vi labefactari potest, nunquam dimoueri loco.) Hæc sententiosè dicta ad summum auget, à rebus gestis maiorum.

(Hæc maiores vestri, primum vniuersam Italianam deuicerunt, deinde Carthaginem exciderunt. Numantiam euertunt, potentissimos Reges, bellicosissimas gentes in ditionem huius Imperij redegerunt.) Illæ sunt animorum facies. Demosthenes cum tam latum haberet campum, in Marathone, Xerxe, Mardonio, nihil eorum attingit, quæ maxime hoc loco videbantur commemoranda.

Et quæ dicuntur in contemptum Philippī *ὄλεθρον Μακεδῶν.*

Num apud Cicronem *γοργότερα;*

Est igitur, Quirites P.R. victori omnium gentium, omne certamen, cum excurso, cum latrone, cum Spartaco.

In oratione funebri vterque perorat Patheticos.

DEMOSTHENES.

*Οἱ ἦ εὐδαίμονες τῶ δικαίῳ λόγῳ μὲν πρότον ἦ ἀντὶ μικρῶ χρόνῳ εἰς πολὺν, καὶ τὴν ἀπαντα, εὐκλείαν ἀγχιρῶν καταλέτυσαν, οἱ ἦ, καὶ παῖδες αὐτῶν ὀνομαστοὶ γράφονται, καὶ γονεῖς οἱ τῆτων περιπεπτοὶ γρηγορῶνται παραψυχῆν τῶ πένθει τῶν τῆτων εὐκλείαν ἔχοντες.*

CICERO.

O fortunata mors, quæ naturæ debita patriæ est, potissimum reddita. Vos vero patriæ natos iudico, quorum etiam nomen à Marte est, vt idem Deus urbem hanc gentibus, Vos huic vrbī genuisse videatur; In fuga fœda mors est, in victoria gloriosa. Etenim Mars ex acie fortissimum quemque pignerari solet.

Et de consolatione proximorum.

Oprīmā est hæc quidem consolatio parentibus, quod tanta reipublicæ præsidia genuerint; Liberis, quod habebunt domestica exempla virtutis; Coniugibus, quod ijs viris carebunt, quos laudare, quam lugere præstabit. Fratribus, quod in se vt corporum, sic virtutum similitudinem esse confident.

Demosthenes parentibus tantum, & filijs, hic coniugibus, & fratribus apostropham largitur consolationem, & de militum mortuorum gloria.

DEMOSTHENES.

*Ὅδε γὰρ ἄπαντα, ἢ παῖδες δαπνῆ δημοσίων κοινῶν ἢ ἐπαύων μόνον τοῦ χάριτι. πούστι ἢ οὐ μόνον οἱ συγγενεῖς καὶ πολῖται, ἀλλὰ καὶ πάντα βούλωμα ἅμα χρὴ προσεταῖν. συμπεπένθηχε ἢ καὶ τῆς οἰκτιμένης τὸ πένθει μὲν.*

CICERO.

At Cicero longè illustrius, & *παθητικότερος* per apostrophem ad mortuos.

Actum igitur præclare vobiscum fortissimi, dum vixistis, nunc vero etiam sanctissimi milites, quod vestra virtus, nec oblivione eorum, qui nunc sunt, nec reticentia posterorum

Philipp. 3.

insepulta esse poterit : Cum vobis immortale monumentum suis penè manibus, senatus, populusque Romanus extruxerit.

Hæc longè grauiora, verbis que, & sententijs magis excelsa, & de statu nouæ vitæ, apud beatas infulas vterque magnificè.

DEMOSTHENES.

Πᾶς οὐ χρεὶ τῆς εὐδαιμονίας νομίζουσαι, οὓς παρέδρες ἐκότως ἀνέλε φήσαι τοῖς κάτω θεοῖς εἶναι, τὴν αὐτὴν τάξιν ἔχοντας τοῖς πρότεροις ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐν μακάρων νήσῳ.

CICERO.

Tractat apostrophen continuam, quæ longè plus habet affectus.

Illi igitur impij, quos cecidistis, etiam ad inferos pœnas paricidij luent. Vos verò, qui extremum spiritum in victoria estudistis, pietum estus sedem, & locum consecuti.

Vterque improborum accusationem, hic AEschinis, ille Verris oblatam diuino consilio iudicibus proponit, quo eos ad vindicandum faciant acriter.

DEMOSTHENES.

Τρόπον ᾗτινα ἡγέμαι, καὶ βέλομαι, καὶ τὰ νῦν συμβεβηκότα πάντα, ἐπὶ ταῖς εὐδαιμονίας ταυτασὶ δαιμονίας τινὸς εὐδαιμονίας ἐνδείγμα τῇ πόλει γεγενῆσθαι.

Hæc fermè transuolant, antequam capiantur, quippe dicit existimare se ea, quæ in hac caussa contigerunt, diuinæ eiusdem beneuolentiæ erga ciuitatem esse indicia.

Cicero longè excelsus.

Quod erat oprandum maximè (Iudices) & quod vnum ad inuidiam vestri ordinis, infamiamque iudiciorum sedandam maximè pertinebant.

Animaduertis, vt suspendit animos, vt erigit, & iam desiderio sciendi stimulat; deinde pergit.

Id non humano consilio, sed propè diuinitus datum, atque oblatum vobis summo Reipub. tempore videtur.

Discute singula, non tantum datur ius, quasi ad possessionem, sed offertur in manus, & offertur non ab hominibus, sed à Dijs, quo deinde tempore? summo, hoc est, deposita prope hac Reip. parte (vt ipse dixit alias) ad summum initio præmisit causam eximiam huius beneuolentiæ ad inuidiam clarissimi ordinis, infamiam-

In orat. de falsa legat.

que iudiciorum sedandam, quod diu fuerat à bonis opratum. Hæc omnia magni sunt ponderis.

Vterque ille contra Aristocritem, hic pro Milone fabulæ Orestis mentierunt, qua uicijus cædis ratio iusta confirmaretur.

DEMOSTHENES.

Λογισόμενοι ᾗ ὅλε κητέρα Ορέστης ἀπεκτενῶς ὁμολογῶν, θεῶν δικαστῶν τυχὼν ἀποφυγόναι.

Demosth. contra Aristocritem.

CICERO.

Itaque hoc (iudices) non sine caussa fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderunt eum, qui patris viciscendi caussa matrem necauisset, non solum diuina, sed etiam sapientissima Deæ sententia liberatum. Hoc grauius, & numerosius fictis fabulis, ne videretur niti hoc argumento, quod offert tanquam corollarium. Doctissimi nomines conciliat auctoritatem dicto, Eum, prudenter tacet nomen, ne videatur itas fabulas Græcorum discutere curiosius. Sic in Muræna poeta nescio quis, iuti nē tamen nouerat. Pariter viciscendi caussas hoc fuit necessarium addere. Non solum diuina, alij scribunt humana, sed remanet semper contentio. Non solum diuina, qualibet, sunt etiam Dijs minores, Sed Deæ sapientissima.

Vterque sententiosè dixit, de populi constantia, & concionum fluctibus.

DEMOSTHENES.

Οχλὸς ἀσαβηχότατον πρᾶγμα τῶν ἀπειρώντων, καὶ ἀσιωπέστατον ὡσπερ ἐν θαλάττῃ καὶ μοι κατάστατον, ὡς ἀντόχη κινῆ μῦρον ὁ μὲν ἡλθεν, ὁ δὲ ἀπῆλθε, μέλει αὐτεῖ τῶν κοινῶν, ἀλλ' αὐδὲ μέμνηται.

Vulgus res omnium inconsideratissima, atque imprudentissima. Perinde enim atque in mari vagi fluctus, casu voluūt. Hic quidem aduenit, alius autem discodit. Nemo rempub. curat, sed ne meminit quidem.

Cicero blandius, amœnius, vberius.

Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum. Quod enim fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, & tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbaciones, & quantos astus habet ratio comitiorum. Dies intermissus vnus, aut nox interposita, sepe perturbat omnia, & totam opinionem, parua nonnunquam commutat autæ rumoris. Sepe etiam sine vlla aperta cau-

Cicero in Milone.

caussa, fit aliud, quam existimamus, aut nonnunquam ita factum esse, etiam populus admiretur, quasi verò non ipse fecerit. Vterque cum reum teneret convictum manifestis criminibus ille Aristocratem, hic Verrem, excusationem rejicit, qua, & hæc alios fecisse patroni dicebant.

DEMOSTHENES.

Demoth. contra Aristocratem.

Εἰ τοίνυν ἐμοί γε δοκεῖ, καὶ σφόδρα ἀναμύχθως εἶναι τοῖς θεοῖς λόγος, ὡς γέγονε, καὶ πρότερον τισὶν ἄλλοις τοιαῦτα ὑψίσματα οὐ γὰρ εἴ τι πῶποτε μὴ χεῖρὰ νόμους ἐπράχθη σὺ δὲ τὸ ἐμὴ μίσω διατὸ τὸ ἀποφεύγειν θεοπροσέχει, ἀλλὰ τὴν ἀντιπὸν πολὺ μᾶλλον ἀλίσκεσθαι διὰ ταῦτα.

Ad hæc impudentissima videtur huiusmodi, qua affectur excusatio. Quod & talia prius decreta contigerint. Neque enim, si quid tum contra leges commissum est, idque es imitatus, idcirco videris absolvendus, sed eo magis condemnandus.

CICERO.

(Quid igitur dicit fecisse alios? quid est hoc, utrum criminis defensio, an comitatus exilio quaeritur?) Viden? ut subtilius, & γρηγορότερον Deinde ut enim assentiar orationi tuæ, defensionem tamen non probabo, potius enim te damnato cæteris augustior locus improbitatis defendendæ relinquatur, quam te absoluto, alij, quod audacissimè fecerunt, rectè fecisse existimentur.

Vterque vim, & utilitatem legum magnifica exornatione complexus est.

DEMOSTHENES.

In orat. contra Aristocr.

Αλλὰ ὅ τι πᾶς ὁ τὴ πόλεως, καὶ τὴ νόμων κόσμος, ὃ ἄνδρες Ἀθηνῶν οἰσω τὰ ἀρετὰ, καὶ διαφείρεται κατὰ τὸν, καὶ τὸ ὄμμα σαφῶς ἡμῖν ἐπιδείξει. λέξω δὲ οὐτε περιττὸν οὐδενί, οὐτ' ἰδίῳ, ἀλλ' ὅ πάντες ὑμεῖς ἴτε ὁμοίως ἐμοί. ἐς γὰρ τις ὑμῶν ἡγετῶσα βέλεται ἢ ποτ' ἐπὶ τὸ αἴτιον, καὶ τὸ ποιεῖν τὴν βουλὴν συλλέγεσθαι, τὸ δὴ μὴ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀναβαίνειν, τὰ δικαστήρια πληθεύειν, τὰς ἐνάς ἀρχὰς, τὰς νέας ἐκβάλλειν, πάντα δὲ ὧν ἡ πόλις διακίεται, καὶ σώζεται γινέσθαι τοὺς νόμους εὐρήσει.

Quod, & longius profequitur, ostendit igitur inductione facta cæteris, conciones, magistratus, fora edicta, omnia legibus fieri.

CICERO.

Cicero hoc ornatus, excelsius, gratus, (ut Cicero pro corpora nostra sine mente, sic Civitas sine lege, suis partibus, & nervis, ac sanguine, membris uti non potest.) Hoc graue, & excitatum (Legum ministri magistratus, legum interpretes iudices, legum denique idcirco omnes serui sumus, ut liberi esse possumus) Illud ornatum, & acutum. Quod ultimo affectur ad inductionem, urbanum, & sciendum est. (Quid est, qua ab te iudices tali dignitate præditi cœreantur? Vos autem iudices quamobrem; ex tam magna multitudine civium, tam pauci de hominum fortunis sententiam fertis: Quo iure Attius, quid voluit, dixit: cur mihi tandiu potestas dicendi datur? Quid sibi autem illi scribæ? Quid lictores? quid cæteri, quos apparere huic quaestioni video, voluit? opinor hæc omnia lege fieri, totumque hoc iudicium quasi mente quadam administrari, & regi.

Quædam porò nonnunquam tam claris imitationis lineamentis à Cicerone exprimitur, ut ovum (quod aiunt) ovo non sit similius, quam hic suo exemplari, quanquam ad molliores orationis commissuras pauca verba aut addit, aut omittit, aut etiam mutat, sic in oratione Cyri loquutus est Xenophon,

Οὐ γὰρ δὴ πῶς τὸ το γε ἀσαφῶς δοκεῖτε εἶδέναι, ὡς οὐδὲν ἐμοί ἐγὼ εἶμι, ἐπιδαν δ' ἀνθρώπων βίβη τελευτήσω. οὐδὲ γὰρ νῦν τοι τὴν ψυχὴν γε εὐρήσει, ἀλλ' εἰς διεπράττετο, τῶτοις αὐτὴν ὡς οὕτως κατεφωρήσει.

At Cicero,

(Nolite arbitrari, ὃ mihi carissimi filij, me cum à vobis discessero nusquam, aut nullum fore, nec enim dum eram vobiscum, animum meum videbatis: sed cum esse in hoc corpore ex ijs rebus, quas gerebam, intelligebatis, eundem igitur esse credite, etiamsi nullum videbitis.) Sed hæc plenius, cum ad verberem exemplorum copiam deuenimus; Nunc & eloquentiæ speciem, & oratoris personam conformasse sufficet; Sequentibus libris de ipso artificio opere pluribus Deo auspice dicendum erit.

Finis Libri tertij.